



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 1. De Nomine, Institutione, ac Naturâ Extremæ-Vunctionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

## LIBER XXII. EXTREMA-VNCTIO.

**R**IDENT IN V M hoc Sacramentum appellavit Pœnitentiæ consummatum, quia consummat, ac perficit pœnitentiæ delens peccatorum reliquias, & Christiane ritæ, qua perpetua pœnitentia esse debet, finem imponit. De eius institutio ne, ac naturâ, materiâ remotâ, ac proximâ sermonem geram. Formam Effectum, Subiectum, Ministrum aperiam. Et de obligatione suscipiendo, ritibusque in eius administratione obseruandis differam.

### SECTIO PRIMA.

De Sacramento Extremæ-Vnctionis receptiores sine  
lite sententia.

n. 12. Reginald. l. 28. n. 44. Filliuc. tr. 3. n. 68. &c  
alij communiter.

### CAPVT I.

De Nomine, Institutione, ac Naturâ  
Extremæ-Vnctionis.

**I**OC Sacramentum Extremæ-Vnctio nappellatur, quia omnium Vnctionum faciarum, quæ fidelibus conferuntur, extrema est: & quia constitutus in extremo ritæ conferitur. Castro Pal. tom. 4. tr. 26. punct. 1. n. 1.

Certum ex fide eiusdem ex Tridentino secessit. 14.c. 1. tum ex Jacob. 5. Epistola, dari Extremæ-Vnctionis. Sacramentum quod institutum fuit à Christo Domino, sicut reliquorum Sacramentorum auctor fuit. Quandonam fuerit institutum hoc Sacramentum, non constat. Sed perpetua Ecclesiæ traditione & vnu apud Græcos, & Latinos indubitate est, & vnu apud Græcos, & Latinos indubitate est, Extremam-Vnctionem esse Sacramentum à Christo Domino institutum: & secundum Tridentinum insinuatum huius Mar. 6. vbi Apostoli à Christo immis- si ergo oleo inungebant, & restituiebant sanitati: commendatūque fuisse, & promulgatum à D. Jacobo illis verbis: Infirmatur quia in vobis &c. Sicut. tom. 4. d. 39. sect. 1. Sylvi. in suppl. 9. 29. art. 1. & 3.

Extremæ-Vnctionis Sacramentum est signum rei sacra, quo aliqua partes corporis infirmi enguntur oleo benedicto, sub prescripta verborum formarum Christi institutionem ad salutem animæ, & corporis. Comprehendit hæc definitio tum genus, quia dicitur signum rei sacra, in quo conuenit cum reliquis Sacramentis; tunc differentiam, cum dicatur. Quo aliqua partes corporis, &c. Quia per has particulas Extrema Vnctio ab aliis differt Sacramentis. Nauar. c. 22. Esab. & Mend. Theol. Moral. T. III.

### CAPVT II.

De Materiâ Extremæ-Vnctionis.

**M**ATERIA remota Extremæ-Vnctionis est Oleum olivarum ab Episcopo benedicendum. Quia Oleum optimè significat materia Extremæ-Vnctionis. huius Sacramenti effectum. Lenit dolorem, vnde aperte significat infirmi alleuationem. Curat vulnera, & ad intima penetrat: vnde innuit remissionem peccatorum, & perfectam vulnerum animæ curationem. Significat misericordiam, qua maximè tunc æget ægotans: & gratiam Spiritus sancti qua anima ægotantis inuisibiliter inungitur, vt Trid. fatur. D. Tho. in 4. d. 2. 3. q. 1. a. 3. Coninch. d. 19. dub. 2. Henr. l. 3. c. 8. Lorich. v. Sacram. Extr. Vnct. n. 3. Sylvi. Suppl. q. 29. a. 4.

Hoc infirmorum Oleum quotannis renouandum est, & vetus comburendum in Ecclesiâ, vel in piscinam immittendum. Si vero non sit aliud Oleum, nisi vetus, potest instante morte fieri cum illo Extremæ-Vnctio, & alii hanc finem vetus asseruari debet, quoique nouum habeatur apud regionem præcipue, vbi de defectu olei dubitatur.

Non potest loco Olei benedicti per sacram Christis hoc Sacramentum conferti. Quia Ecclesia huiusmodi usum non habet. Atamen si Sacerdos per errorem Christi Sacerdos infirmi inungere, minimè inunctione repentina: sed res Domino commandanda: tum quia inibi est verum olivarum oleum: tum quia plerumque non posset fieri iterata vnctio sine scandalo: tum quia valde probabile est, Sacramentum

P. 2. hoc

ESCOBAR  
Heck Mon:  
Tom. IV.  
E. IV.